

2161

A S C E T I C I.

2162

de vera Animalium historia, quam de eruenda inde morum doctrina sollicitus. Ultima tractatio de *Vulture*, quae finit: *ut per hec facientes vitam eternam possideamus, quod prestare dignetur nobis dominus noster ihesus christus, qui cum deo patre &c.* Subditur: *Opus*

prescriptum completum est anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Nono Labore plurimo compilatum a fratre henrico ordinis cystercien. in Austria — — Reliqua extrita usque ad verfum:

Qui scripsit. scripsit quod Henricus sibi dixit.

II. fol. 156. p. 2. absque ullo titulo *Tractatus de Processu Judiciario*, qui incipit: *Antequam de processu iudicii dicatur Notandum quid sit Iudicium et que sint species iudicij &c.* Finit: *confirmet uel infirmet sententiam uel corrigat. hec de processu iudicii et ordine dicta sufficiant.* Et habetur inter *Plurimos Juris Tractatus*, qui praevio *Modo legendi Abbreuiaturas in utroque Jure*, aut *Processu Judiciario M. Johannis de Vrbach* five *Auerbach* lucem videre Sec. XV. in f. five apud *Petrum Drach Spirae* f. a. five iterato *Argentinae* cum 1490. tum f. a.

DLXIX.

573 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. nunc 93. 4. nam et initio et medio et fine quaedam desunt, continet Asceticum Opus *Henrici Susonis*, dicti alias *Amandi* aut *Johannis a Suevia* O. P. *Constantiensis*, qui annum 1365. extremum habuit, quod germanice et latine ab eo editum Latinis *Horologium Sapientiae aeternae*, aut *Dialogus Sapientiae et*

Ministri ejus inscriptum est. Cum *Laur. Surius* hoc Opus a se e Germanico verfum in latinum *Coloniae* primum 1555. 8. vulgauerit, dubitari posset, an illud jam prius hac lingua extiterit, nisi *Surius* ipse contra *Versionem* antiquam conquereretur, quae, ni vehementer fallor, ipsius *Susonis* est; recitatur enim in *Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 654. e Cod. Colbert. Prologus Horologii* latinus directus ad Magistrum generalem *Ordinis Hugonem de Vaucemain Gallum Autissiodor.* cujus utpote germanicae linguae ignari iudicio Librum hac lingua scriptum certe substernere *Suso* non potuit. In *Cod. nostro* ab his verbis incipit: — — *daz ich dich wider precht zu deiner wirdichait. Ich pin es dy weisheit die den pittern tod bat erliten &c.* Et abrumpitur: *Es ist nicht das ainen menschen also erlaucht seinen mut vnd erlewcht sein leben — —*

DLXX.

Codex membraneus lat. Sec. 483 XV. Folior. nunc 196. 4. per duas